

42 A viginti gross. pro quolibet // ipsorum trium, (pro suo salario)
 quod eis solvatur pro rata cuiuslibet regiminis iudicum, scilicet
 (quod) libr. decem par. et gross. quinque pro quolibet ipsorum
 in quolibet regimine predicto, et quod elapso dicto offitio ipsi
 proveditores cum suo notario quodlibet aliud offitium habere 5
 possint, salvo quod durante dicto offitio aliud offitium habere
 non possint de quo percipiatur salarium de camera comunis.
 ¶ In quo offitio quilibet civis Tergesti eligi possit et esse, si
 fuerit confirmatus, dummodo aliud offitium non haberent de
 quo percipiatur salarium de camera comunis, non preiudicando 10
 eisdem aliquod statutum loquens in contrarium nec aliquod
 offitium quod primo habuissent. ¶ Qui proveditores cum no-
 tario sic confirmati ullo modo dictum offitium renuntiare non
 possint, et si renuntiarent vacare debeant ab omni offitio per
 unum annum a die renuntiationis in antea. ¶ Et finito suo 15
 offitio respondere debeant sindicatui ut alii offitiales comunis
 Tergesti tenentur, et habere debeant de omnibus, que ipsi pro-
 veditores acquisiverint in comuni, et que devenient occasione
 ipsorum in comuni quibuscunque modis et forma, duos sold.
 par. pro libra et ratione libre ultra suum salarium supra- 20
 dictum.

Cap. XXIII. Rubrica de forma sacramenti pro-
 veditorum comunis et eorum notarii. R.ca.

Iurabunt proveditores comunis et eorum notarius diligenter
 exercere eorum offitium secundum formam statutorum 25
 civitatis Tergesti, et conservare iura et honores ac profectum
 comunis civitatis Tergesti, ac dare consilium auxilium et
 favorem domino potestati, de hiis que sciverint bona [fide] et
 42 B sine fraude inquirere et provide- // re ac manutenere omnia 30
 bona possessiones iura comunis et omnia bona possessiones
 comunis tam vacuas quam laboratas, et occupantes placitare et
 convenire coram dominio Tergesti quam citius poterint eorum
 posse, et de hiis que denuntiaverint tempore eorum offitii do-
 minus potestas vel vicarius loco potestatis facere debeat et
 teneatur sumariam rationem sine oblatione libelli et strepitu 35